



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi
Archiepiscopi Pragensis**

Balbín, Bohuslav

Pragæ, 1664

Notæ in Caput VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42763

Notæ in Caput VI.

In ter peccatores præcipiuus. *Bohemice est: inter peccatores maximus.*

Non amens. *Hoc in Bohemico abest ex decoro, sed ejus loco (Mnēge) id est: non è sopore evigilans; quasi diceret: non ijs oculis aspexi, quibus solent ī, qui modo è somno evigilant, sed recentibus purgatis, & vivacibus Miraculum sum contutus.*

Infra Magnificat. *Bohemice, in medio Psalmi Magnificat.*

Partem dorsi, & posteriora faciei. *Bohem: civiliū: dorsum & faciem.*

Immutatus: *In Bohemico additur: immutatus in mente mea, & magno timore prostratus, ac si mihi eo articulo moriendum esset.*

Redij ad me aliqualiter: *Bohemice additum: reflectens me.*

Posteriora faciei colli & dorsi *Boh. est: aversam partem Imaginis.*

Quem modum verbis exprimere nō possum: *Boh. qvam fæditatem verbis.*

Intuens illam: *Bohemice: elevans oculos in Cœlum.*

Incepi petere B. Virginem. *Boh. additum: petere à B. Virgine per gratiam Filij sui.*

Vultum suum. *Boh. m. vultum suum sanctum.*

Me sic in tristitia orante & in angustia, *in Manuscripto Crumlovensi additur: respexi Imaginem.*

Si



Volente videre. *Crumlov.* cod. volens videre.

Si etiam facies Imaginis JESU Christi se
à me avertisset: *aliter est in Bohemico, additúrgj:* & vidi.
quòd ad me non nihil se se (JESUS puer) converterit, ac si me
eius sancta Majestas respiceret.

Quam à me aversam non vidi. *Crumlov. Co-*
dex. quem à me aversum non vidi.

Cecidit mihi in cor aliqualis consolatio.
Idiotismus Bohemicus, Padlo mi na srdece potéssent.

Vultum suum ad me converteret. *Bohemice,*
vultum suum etiam ad me converteret.

Per morulam competentem. *Bohem.* longiusculo
tempore perdurarem.

Quasi non bene contenta ad me vultum
suum convertit. *M. S. Crumlov.* quasi non bene conten-
ta de me, vultum suum ad me convertit.

Moroſo, & ante aversionem, & curiosè, &
Scholam intrans, in cogitationibus & operibus
in occulto. *Ha particula in Bohemico sunt omisſæ.*

Cursoriè. *Crumlov. M. S.* gratias curiosè egi.

Usq; nunc. *Bohemice,* ad hanc usq; ultimam meam
horam.

Ab illius miraculi. *Bohemice, additum:* terribilis
miraculi.

Imagini B. Mariæ Virginis: *Bohemice:* dictæ
statuæ, & imagini loco B. Virginis genitricis DEI. *Crumlov.*
M. S. dicta imagini, & S. Marie.

E

Ad

Ad aliquot loca studiorum. *Omissum in Bohemico. Crumlov. M. S. ad aliqua loca.*

Et post ordines & beneficia Ecclesiastica.

Bohemice est: ante ordines; deinde: post ordines verò incepit cogitare &c. ut sensus sit, ante sacros ordines suscepitos hoc miraculum non estimavi, & fui multis annis levius, & dissolutus; post ordines verò sacros & in hac dignitate, capi cogitare relinquendam esse hujus miraculi memoriam.

De miraculo tremendo. *M. S. Crumlov. de tanto miraculo tremendo.*

Licet intrà me sèpius revolvens. *M. S. Crumlov. hæc intra me sèpius revolvens.*

Magnitudinis Peccatorum meorum, & mei Canis fatidi.

In Bohemico omissum est. forsitan nè ignarum vulgus, ejusmodi humilitate lederetur in animo, populus enim Sanctionem vita maximam in Presulibus suis reposcit. Sed loco eorum verborum: nè hoc meo silentio DEI indignatio provocatur. Timens igitur vindictam & pœnam à DEO hâc postremâ Vitæ horâ celare vos rem ipsam non potui.

Et per aspersionem. *Boh. additur: sitis memores mei apud DEUM. Ad ipsam: Bohemicè additur: Venerabilem & dignissimam DEI Matrem. Filij sui à me. Additur: peccatore,*

Hortor & rogo. *Bohemice ad Canonicos additum differt. Charissimi Fratres mei, & Amici in fide Christi JESU dilecti, Canonici prædicante &c.*

Clero & populo. *Boh. ut clarè & apertè coram omni populo explicent, ut omnis populus fideliter, & verè agnoscat &c. S. Mariam Boh. hanc cultu dignam, & misericordissimam, Virginem Matrem D. N. JESU CHRISTI &c. miseratricem.*

œm peccatorum, orare pro ijs, qui singulari erga eam amore feruntur.

Recommendantium. *Sequitur in Bohemico.* Nos ARNESTUS jam in extremis constitutus, sed ratione sanâ utens, ijs omnibus qui hoc miraculum scribent, narrabunt, aut legi audent, quadraginta dies Indulgentiarum, vi potestatis nostræ, gratiosè concedimus.

Archiepiscopum indignum. *Boh. additur.* hominem indignum.

Sanguine peccatorum. *Bohemice,* peccantium repletis.

In Bohemico sic finitur narratio: Gloria & honor Christo DEO, Domino nostro in sæcula benedicto, & Mariæ Matri ejus purissimæ Virgini & gloriosæ Genitrici filij DEI.

Arnesti Archi-Episcopi ab humilitate, aliisq; maximis Virtutibus defensio.

CAPUT VII.

Non deerunt, sîne dubio, si qui fortasse in sanctorum virorum gestis parùm adhuc versati, ignorant quanto studio, & artificio, quantâq; atrocitate verborum, sua ipsi minima vitia detestentur, & explicitent non deerunt, inquam, qui lectâ innocentissimi Præfulis narratione permoti, nescio quæ scelera imputabunt Ernesto. Nam

E 2

Mira Arnesti
humilitas.

quod